135

In effigiem Domus Ortelianae.

Licet et miseros maneant sua fata Brabantos,
(Audiat illud Iber) Stabis avita Domus:
Stabis, et invictis etiam post funera chartis
~~Tum~~ Extincta dabitur dicere, Talis eram.

C. H. P. Bertio S.

De statua Summi Rhetoris, Clarissime Rhetorum, quod compellatus nunc ago, dicam et cum ultro petiisses, siquidem super ea ... cuius ... fuisset. ... stabiliter nobiliss.mi Rutgersius tuus, succisum itineris ac ... ad ea loca jucundiss.mi comitis, quo importuna temporis angustia a desiderata ... monumenti inspectione divulsi fuerimus. Addit Principis cum ... comitatu absentiam, in aula solitudinem atque tristi silentium; quo mihi cum sciscitandi est a domesticis, tum vero cum peritioribus disserendi occasio praepedita facile intelligis. Fatebor interim, quantum quidem ex festinato intuitu percipere potui, aliquid eam effigiem amplius impudenti assertorium audaciae quam originis suae debere ... pauculas admodum sinceriores antiquitatis notas (perspicacibus certe ocellis) exhibere. Sed suis ... quoscunque modicam in ... cum hodierna statuariae comparatione peritiam adsecutos, nullus dubito. Adeo molli et corporis universi, pro seculi istius exquisita elegantia, parum venusta compositio, et ipsa denique materiae insolentia, ... plenius antiquitatis opinionem excussere. Pluraque addo, ... plenae excusatae exactiori descriptionis ... informetur, neque tibi, vir Doctissime, tum satisfacere ambitiosum quam obsequendi studio in animo habuisse videar. Vale et me ama qui

Tibi addictissimus
C. H.

Hagae Com. 3. Non. Septemb. ...